Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift



101

Omnis dictio finita u. pducitur ut cornu
diu manu quamuis dicant nominatiui
et uocatiui neutrorũ corripi debere
Jnar omnia corripiuntur ut lacunar ex
ceptis monosillabis. far. lar. nar. par.
cũ suis compositis. Jn er. omnia breuantur
ut pater breuiter preter uer. aer. mis. ether
que producuntur. Jn ir. or. ur. breuiantur
preter cur. fur. et ador. et cor. que indifferenter
ponuntur. Omnis dictio mal desinens cor
ripitur ut sal animal. Jnel omnia corripi
untur ut mel semel preter barbara ut
michabel. Omnia mil. breuiantur ut pu
gil preter nil. Omnia mol pducuntur ut sol
Jnul omnia breuiantur ut consul. Jn an
omnia pducuntur preter forsan. forsitan
et an. et accusatiui in greecis feminis
ut egman. Omnis dictio in en desinens
corripitur. exceptis lien. rien. ren. splen
et siren. et aduerbiis non et en. Jn in
omnia pducuntur ut delfin exceptis
in et ex eodem composita ut exin dein
Jnas omnia pducuntur ut pietas uas
dinas in greecis tamen nominatiui
et accusatiuus tertie declinatio
nis breuiantur ut archas archadas